

acabadas. No obstante estas virtudes, la perspicacia, si ya no es gana de censurar de algunos, encuentra defectos en él. Examinemos el fundamento de algunos reparos que le hacen. Primeramente le tachan de poco exacto en lo tocante á los Galos y Cartagineses. Este defecto, dado que lo tuviese, poco ó nada interesa á la pureza del lenguaje, que es el motivo de traducirse en las aulas. El segundo cargo, de que usó algunos términos provinciales y no conformes al genio de la lengua latina, mas que á la sustancia del estilo, que siempre es el mismo, mira á una diferencia accidental en la ortografía, de que usó como Paduano; como escribir *sibe quase* por *sibi quasi*. Últimamente, por no omitir nada, le tildan de crédulo en demasía, por aquella enfadosa y pesada repetición de haber tantas veces *parido una mula*; de haber *hablado un buey*; de haber *mudado de sexo los animales*, de haber tantas veces *llovido piedras, sangre, leche*, y otras impertinencias á este tenor. Pero nada de esto prueba que semejante credulidad halló el menor lugar en el ánimo de T. Livio, ántes es una prueba muy débil de que daba crédito á semejantes vanidades el hecho de contarnos cuánto caso hacia de estas patrañas el pueblo romano. Hé aquí un manifiesto testimonio de que T. Livio se burlaba de la simplicidad de los Romanos en creer semejantes cosas. *Cuanto mas crédito daban* (dice, lib. 24, cap. 40) *á estos prodigios aquellos hombres simples y supersticiosos, mas se aumentaban estas noticias*. Pero todos estos reparos, cualquiera que sea el fundamento con que estén hechos, no rebajan un punto el mérito ni la latinidad de este autor, que insensiblemente pueden beber los jovencitos en su lección, al paso que saquen no pocos conocimientos de las costumbres é historia romana, que es el único objeto de nuestro trabajo

T. LIVII PATAVINI

## DE SECUNDO BELLO PUNICO

LIBER PRIMUS.

CAP. I. In parte operis mei licet mihi præfari, quod in principio summæ totius professi plerique sunt rerum scriptores: bellum maximè memorabile omnium, quæ unquam gesta sint, me scripturum: quod Annibale duce Carthaginienses cum populo romano gessere. Nam neque validiores opibus ullæ inter se civitates gentesque contulerunt arma, neque his ipsi tantum unquam virium aut roboris fuit; et haudignotas belli artes inter se, sed expertas primo Punico conserebant bello. Et ad eò varia belli fortuna ancepsque Mars fuit, ut propius periculum fuerint qui vicere. Odiis etiam propè majoribus

LIBRO PRIMERO

DE LA

## SEGUNDA GUERRA CARTAGINESA

DE T. LIVIO PADUANO.

TRADUCCION.

CAP. I. En esta parte de mi obra puedo yo decir de antemano lo que en el principio de todas las suyas protestaron la mayor parte de los historiadores, y es que voy á escribir la guerra mas digna de saberse que jamas hubo en el mundo: la que los Cartagineses hicieron al pueblo romano siendo capitán Anibal. Porque ni ciudades algunas, ni naciones mas ricas y fuertes que estas tuvieron entre sí guerra; ni estas mas jamas tuvieron tanto poder y fuerzas como entónces: fuera de que peleaban, no con estratagemas desconocidas, sino experimentadas ya en la primera guerra cartaginesa. Y la fortuna en esta guerra fué tan vária y estuvo tan dudosa, que los vencedores se hallaron mas en peligro que los vencidos. Fué tambien casi mayor el encono con que pelearon que las

certarunt quam viribus; Romanis indignantibus, quod victoribus victi ultro inferrent arma; Pœnis quod superbe avarèque crederent imperitatum victis esse. Fama etiam est, Annibalem annorum ferme novem, pueriliter blandientem patri Amilcari ut duceretur in Hispaniam, cum, perfecto Africo bello, exercitum eò trajecturus sacrificaret, altaribus admotum, tactis sacris iurejurando adactum, se cum primum posset hostem fore populo romano. Angebant ingentis spiritus virum Sicilia Sardinaque amissæ: nam et Siciliam nimis celeri rerum desperatione concessam, et Sardiniam inter motus Africæ, fraude Romanorum, stipendio etiam insuper imposito, interceptam. His anxius curis, ita se Africo bello, quod fuit sub recentem Romanam pacem per quinque annos, ita deinde novem annis in Hispaniâ augendo Punico imperio gessit, ut appareret omnibus, majus eum quam quod gereret agitare in animo bellum: et si diutius vixisset, Amilcare duce Pœnos arma Italiæ illaturos fuisse, quæ Annibalis ductu intulerunt. Mors Amilcaris per opportuna et pueritia Annibalis distulerunt bellum. Medius

fuerzas, estando irritados los Romanos porque los vencidos sin motivo alguno declaraban la guerra á los vencedores, y los Cartagineses porque creían que á ellos vencidos se les habia tratado con tirania y avaricia. Dicese tambien que Anibal pidiendo con halagos, un niño que era de solos nueve años, á su padre Amilcar que se volviese á España, estando este sacrificando al tiempo de pasar allí con sus ejército, concluida ya la guerra africana, le arrimó al altar, y haciendosele tocar, le obligó á jurar de hacer guerra al pueblo romano cuando la edad se lo permitiese. Traía desasosgado á este hombre de grande espíritu la pérdida de la Sicilia y Cerdeña, pues sentía que la Sicilia se hubiese entregado á los Romanos por una desesperacion demasiado pronta, y que hubiesen tomado la Cerdeña durante el alhoroto de Africa por engaño de ellos mismos, haciéndola tambien tributaria. Acongojado con estos cuidados, de tal manera se portó en la guerra de Africa, que duró por espacio de cinco años, muy poco despues de hecha la paz con los Romanos, y asimismo despues por espacio de otros nueve, en ensanchar en España el imperio cartagines, que se dejaba entender de todos que traía en su imaginacion otra guerra mayor que la que hacia por entónces; y que si hubiera vivido mas, los Cartagineses bajo la conducta de Amilcar hubieran declarado á la Italia la guerra que despues declararon siendo Anibal general. La muerte de Amilcar, que sucedió á buena sazón para los Romanos, y los pocos años de Anibal, dilataron la guerra. Asdrúbal tuvo el mando del ejér-

Asdrubal inter patrem et filium octo ferme annos imperium obtinuit, flore ætatis, ut ferunt, primò Amilcari conciliatus: gener inde ob altam indolem animi profectò adscitus. Et quia gener erat, factionis Barchinæ opibus quæ apud milites plebemque plus quam modicæ erant, haud sanè voluntate principum, imperio potius: is plura consilio quam vi gerens, auspiciis regulatorum magis, conciliandisque per amicitiam principum novis gentibus, quam bello aut armis, rem carthaginiensem auxit. Ceterum nihilo ei pax tutior fuit. Barbarus eum quidem palàm, ob iram interfecti ab eo domini, obruncavit; comprehensusque a circumstantibus, haud alio quam si evasisset vultu, tormentis quoque cum laceraretur, eo fuit habitu oris, ut, superante lætitiâ dolores, ridentis etiam speciem præbuerit. Cum hoc Asdrubale, quia miræ artis in sollicitandis gentibus, imperioque jungendis suo fuerat, fœdus renovaverat populus romanus, uti finis utriusque imperii esset annis Iberus, Saguntinisque mediis inter imperia duorum populorum libertas servaretur

cito entre el padre y el hijo como unos ocho años, habiéndose ganado primeramente la amistad de Amilcar en la flor de su edad, segun dicen, y de quien despues fué yerno, sin duda en atencion á su excelente indole. Y porque el yerno se habia apoderado del mando, aunque contra la voluntad de los principales, con el poder del bando de los Barcinos, que era desmesurado tanto en el ejército como en el pueblo; este, haciendo mas con maña que con fuerza, aumentó el imperio de Cartago, mas con el favor de los reyezuelos y con ganarse la amistad de nuevas naciones por medio de la de los principales, que con guerra ó con armas. Pero no estuvo mas seguro en la paz. Un bárbaro, indignado de que hubiese muerto á su señor, públicamente le cortó la cabeza; y preso por los circunstancias, manifestó la misma serenidad que si hubiese quedado libre; y asi siendo atormentado mostró tal semblante que sobrepujando á los dolores la alegría, dió muestras de risueño. Con este Asdrúbal, por que tenia particular maña para ganarse é incorporar á su imperio las naciones, habia el pueblo romano renovado la alianza en términos que el rio Ebro fuese el límite de ambos dominios, y se les conservase la libertad á los Saguntinos, que estaban asentados entre ambos imperios.

II. In Asdrubalis locum; haud dubia res fuit quin præoro-

II. In locum Asdrubalis, cosa cierta es que en lugar de Asdrú-

gativam militarem, quâ ex templo juvenis Annibal in prætorium delatus, imperatorque ingenti omnium clamore atque assensu appellatus erat, favor etiam plebis sequeretur. Hunc vixdum puberem<sup>1</sup> Asdrubal litteris ad se accesserat; actaque res in senatu etiam fuerat, Barchinis nitentibus<sup>2</sup>, ut adulesceret militiæ Annibal, atque in paternas succederet opes. Hanno<sup>3</sup>, alterius factionis princeps, « Et æquum postulare videtur, inquit, Asdrubal, et ego tamen non censeo, quod petit, tribuendum. » Cùm, admiratione tam ancipitis<sup>4</sup> sententiæ, in se omnes convertisset<sup>5</sup>, « Florem<sup>6</sup> ætatis, inquit, Asdrubal, quem ipse patri Annibalis fruendum præbuit, justo jure eum a filio repeti censeo: nos tamen minimè decet juventutem<sup>7</sup> nostram pro militari rudimento adsuefacere libidini imperatorum. An hoc timeamus, ne Amilcaris filius nimis serò imperia immodica, et regni paterni speciem videat, et cujus<sup>8</sup> regis genero hereditariis sint relictis exercitus nostri, ejus filio parum maturè serviamus? Ego istum juvenem domi tenendum, sub legibus<sup>9</sup>, sub magistratibus docendum vivere æquo jure cum ceteris censeo, ne quandoque parvus hic<sup>10</sup> ignis incendium

bal fué sustituido el jóven Anibal, ya por el aplauso del ejército, por el cual con grande gritería y consentimiento fué proclamado general, ya tambien por el favor del pueblo. <sup>1</sup> Puberem, cuando apenas le apuntaba el bozo (tenia veinte y dos años, como dice Sigonio). <sup>2</sup> Nitentibus, haciendo lo posible los Barchinos para que Anibal se fuese acostumbrando á la milicia, y fuese sucesor de su padre en el poder. <sup>3</sup> Hanno, Hanon, cabeza del otro bando. <sup>4</sup> Ancipitis, de un voto tan dudoso, de un parecer tan indeciso. <sup>5</sup> Convertisset, habiéndose llevado tras sí la atencion de todos. <sup>6</sup> Florem, Asdrubal, dijo, juzga que justamente nos debemos aprovechar de la flor de la edad de Anibal, la que él mismo empleó en beneficio de su padre. <sup>7</sup> Juventutem, acostumbrar á nuestros jóvenes á comenzar la milicia al antojo de los generales. <sup>8</sup> Et cujus, y tardemos mucho en ser esclavos del hijo de aquel rey que á su yerno dejó, como por juro de heredad, el mando de nuestros ejércitos. <sup>9</sup> Sub legibus, bajo la disciplina de las leyes y de los magistrados, viviendo igual á los demas. <sup>10</sup> Parvus hic (noble alegoria), no sea que en algun tiempo esta pequeña chispa levante, etc...

Regni, da este nombre al mando de general que tuvo Amilcar para hacerle mas odioso.

ingens exsuscitet » Pauci<sup>1</sup>, ac ferme optimus quisque, Hannoni assentiebantur; sed, ut plerumque fit, major pars meliorem vicit. Missus Annibal in Hispaniam, primo statim adventu omnem exercitum in se convertit<sup>2</sup>. Amilcarem viventem redditum sibi, veteres milites credere; eumdem vigorem<sup>3</sup> in vultu vimque in oculis, habitum oris lineamenta que intueri: deinde brevè effecit, ut pater<sup>4</sup> in se minimum momentum ad favorem conciliandum esset. Nunquam ingenium idem ad res diversissimas, parendum atque imperandum, habilius<sup>5</sup> fuit. Itaque haud facilè discerneres, utrùm imperatori an exercitui carior esset. Neque Asdrubal alium quemquam præficere<sup>6</sup> malle, ubi quid fortiter ac strenuè agendum esset; neque milites alio duce plus confidere aut audere. Plurimum<sup>7</sup> audaciæ ad pericula capessenda, plurimum consilii inter ipsa pericula erat. Nullo labore aut corpus fatigari aut animus vinci poterat; caloris ac frigoris patientia par; cibi potionisque desiderio naturali, non voluptate modus finitus<sup>8</sup>; vigiliarum somnique, nec die nec nocte discriminata<sup>9</sup> tempora; id, quod gerendis rebus superesset, quieti datum; ea neque molli strato, neque silentio<sup>10</sup> accessita. Multi sæpe militari sagulo opertum, humi jacentem inter custodias stationesque militum conspexerunt. Vestitus nihil inter æquales excellens, arma atque equi conspiciebantur<sup>11</sup>. Equitum peditumque idem longè primus

<sup>1</sup> Pauci, pocos aprobaban el dictámen de Hanon, pero casi eran los mejores. <sup>2</sup> Convertit, se llevó la atencion. <sup>3</sup> Vigorem, veían en él el mismo vigor en el semblante, viveza de ojos, disposicion y fisonomía de cara. <sup>4</sup> Ut pater, que no necesitaba de la memoria que tenian de su padre para ganarse el favor del ejército. <sup>5</sup> Habilius, indole mas bien dispuesta al mismo tiempo para cosas muy di, versas, como son, etc. <sup>6</sup> Præficere, darle el mando en alguna accion si ocurría, etc. <sup>7</sup> Plurimum, muy atrevido para emprender cosas peligrosas, y en medio de ellas muchísimo consejo, ó de ma y acertada resolucion. <sup>8</sup> Modus finitus, comia y bebia con templanza, y no por deleite, sino por satisfacer á la necesidad natural. <sup>9</sup> Discriminata, no tenia tiempo fijo para dormir y velar. <sup>10</sup> Neque silentio, para dormir, ni buscaba cama blanda, ni lugar retirada. <sup>11</sup> Conspiciebantur, eran dignos de verse, se distinguían entre los de todos...

Malle, obsérvese por todo lo restante de este autor, que, como ya advertimos en el Salustio, es muy co-

mun en estos historiadores el infinitivo solo, supliendo el determinativo dicitur ú otro.

erat; princeps prælium inibat, ultimus conserto prælio excedebat. Hastantæ viri virtutes ingentia vitia æquabant: inhumana crudelitas, perfidia plus quam punica, nihil veri, nihil sancti, nullus deum metus, nullum jusjurandum, nulla religio. Cum hæc indole virtutum atque vitiorum triennio sub Asdrubale imperatore meruit<sup>1</sup>, nullâ re<sup>2</sup>; quæ agenda videndaque magno futuro duci esset, prætermisâ. Ceterum, ex quo die dux est declaratus, velut Italia ei provincia decreta, bellumque romanum mandatū esset, nihil prolatandum<sup>3</sup> ratus, ne se quoque, ut patrem Amilearem, deinde Asdrubalem, cunctantem casus aliquis opprimeret<sup>4</sup>, Saguntinis inferre bellum statuit, quibus oppugnandis, quia<sup>5</sup> haud dubiè romana arma movebantur, in Olcadum<sup>6</sup> fines prius (ultra Iberum eagens, in parte magis quam in ditione Carthaginiensium erat) induxit exercitum, ut non<sup>7</sup> petiisse Saguntinos, sed rerum serie, firmitis domitis gentibus jungendisque, tractus ad id bellum videri posset. Cartejam urbem opulentam, caput gentis ejus, expugnat diripitque: quo metu percussæ minores civitates, stipiendo<sup>8</sup> imposito, imperium accepere. Victor exercitus, opulentisque prædâ, Carthaginem novam<sup>9</sup> in hiberna est deductus. Ibi largè partiendo prædam, stipendia præterita cum fide<sup>10</sup> exsolvendo, cunctis civium sociorumque animis in se firmatis<sup>11</sup>, vere primo in Vaccæos promotum bellum. Her-

<sup>1</sup> Meruit (sup. stipendium), militó. <sup>2</sup> Nullâ re, no omitiendo nada de lo que era digno de uno que habia de ser un completo general. <sup>3</sup> Nihil prolatandum, juzgando no debia andar en dilaciones. <sup>4</sup> Ne casus, aliquis opprimeret se cunctantem, para que no se lo impidiese algun acontecimiento si se detenia. <sup>5</sup> Quia, porque con esto provocaba á los Romanos abiertamente. <sup>6</sup> In Olcadum, á los términos de los Olcades (junto á Ocaña). <sup>7</sup> Ut non, de modo que pareciese que no se dirigia contra Sagunto, sino que por la serie de sus conquistas, sujetando é incorporando á su imperio los pueblos comarcanos, habia ido á hacerles guerra. <sup>8</sup> Stipendio, imponiéndoles el tributo de pagar el prest de la tropa. <sup>9</sup> Carthaginem novam, Cartagena. <sup>10</sup> Cum fide, fielmente. <sup>11</sup> In se firmatis, habiéndose ganado las voluntades...

Punica, la lealtad cartaginesa quedo en proverbio entre los Romanos, porque la quebrantaron muchas veces los Cartagineses. En esto era singular Anibal.

Saguntinis, Sagunto, ahora Murviedro, cerca de donde está Valencia.

Vaccæos, pueblos de Castilla.

mandica et Arbocala<sup>1</sup>, Vaccæorum urbes, vi captæ. Arbocala et virtute et multitudine oppidanorum diu defensa. Ah Hermandicâ profugi<sup>2</sup> exsulis Olcadum, priore ætate domitæ gentis, cum se junxissent, concitant Carpetanos, adortique Annibalem regressum ex Vaccæis, haud procul Tago flumine, agmen<sup>3</sup> grave prædâ turbavere. Annibal prælio abstinuit, castrisque super ripam positis, cum prima quies silentiumque ab hostibus fuit, amnem<sup>4</sup> vado trajecit, valloque<sup>5</sup> ita producto, ut locum ad transgrediendum hostes haberent, invadere eos transeuntes statuit. Equitibus præcepit, ut cum ingressos aquam viderent, adorirentur. Pedium agmen in ripâ elephantos antè quadraginta disposuit. Carpetanorum cum appendicibus<sup>6</sup> Olcadum Vaccæorumque centum millia fuere, invicta acies si æquo dimicaretur campo. Itaque, et ingenio feroces, et multitudine freti, et quòd metu cessisse credebant hostem, id morari<sup>7</sup> victoriam rati quòd interesset annis, clamore sublato, passim<sup>8</sup> sine ullius imperio, quâ cuique proximum est, in amnem ruunt. Et ex parte alterâ ripæ vis<sup>9</sup> ingens equitum in flumen immissa, medioque<sup>10</sup> alveo haudquaquam pari certamine concursum, quippe<sup>11</sup> ubi pedes instabilis ac vix vado fidens, vel ab inermi equite, equo temere acto, perverti posset: eques, corpore armisque liber, equo vel<sup>12</sup> per medios gurgites stabili, cominus eminusque rem gereret

<sup>1</sup> Hermandica, Arbocala, Alba de Tórnes, Arévalo, y otros Avila. <sup>2</sup> Profugi, habiendo huído los de Alba de Tórnes é incorporándose con los Olcades, que tambien andaban huídos de su tierra. <sup>3</sup> Agmen, desordenaron su gente cargada de despojos. <sup>4</sup> Amnem, vadeó el rio. <sup>5</sup> Valloque, y habiendo tirado una empalizada, de suerte que tuvieron lugar, etc. <sup>6</sup> Cum appendicibus, con los suplementos de les Carpetanos, y Olcades. <sup>7</sup> Id morari, pensando que les detenia la victoria el estar por medio el rio. <sup>8</sup> Passim, por todas partes y por donde cada uno estaba mas cerca, sin esperar órdenes entran violentamente en el rio. <sup>9</sup> Vis, número. <sup>10</sup> Medioque, pelearon en medio de la corriente, aunque con fuerzas desiguales. <sup>11</sup> Quippe, como que yendo á pié no podian mantenerse ni afanzar los piés en el vado, y eran derribados por los de á caballo, aunque desarmados. <sup>12</sup> Equo vel, manteniéndose el caballo aun en medio de los remolinos, peleaban de cerca y á lo lèjos...

Carpetanos, pueblos en el reino de Toledo

Pars magna flumine absumpta<sup>1</sup>; quidam<sup>2</sup> vorticoso amni delati in hostes, ab elephantis obruti sunt; postremis<sup>3</sup>, quibus regressus in suam ripam tutor fuit, ex variâ<sup>4</sup> trepidatione cum in unum colligerentur, priusquam tanto ex pavore reciperent animos, Annibal, agmine quadrato amnem ingresus, fugam ex ripâ fecit, vastatisque agris, intra paucos dies Carpetanos quoque in deditionem accepit. Et jam omnia trans Iberum, præter Saguntinos, Carthaginiensium erant. Cum Saguntinis bellum nondum erat; ceterum jam belli causâ certamina<sup>5</sup> cum finitimis serebantur, maximè Turdetanis, quibus<sup>6</sup> cum adesset idem qui litis erat sator, nec certamen juris, sed vim quæri appareret, legati a Saguntinis Romam missi, auxilium ad bellum jam haud dubiè imminens orantes. Consules tunc Romæ erant P. Cornelius Scipio et Tib. Sempronius Longus; qui cum; legatis in senatum introductis, de repub. retulissent, placuissetque mitti legatos in Hispaniam ad res sociorum inspicendas<sup>7</sup>, quibus si videretur digna causa, et Annibali denuntiarent ut ab Saguntinis, sociis populi romani, abstineret<sup>8</sup>, et Carthaginem in Africam trajicerent, ac sociorum populi Rom. querimonias deferrent<sup>9</sup>: hac legatione<sup>10</sup> decretâ, necdum missâ, omnium spe celerius Saguntum oppugnari allatum est. Tunc relata ex integro<sup>11</sup> res ad senatum. Alii,

<sup>1</sup> *Absumpta*, ahogados. <sup>2</sup> *Quidam*, algunos conducidos por los mismos remojinos del río, fueron á parar á los enemigos, y pisados por los elefantes. <sup>3</sup> *Postremis*, órden: *Annibal... fecit fugam ex ripâ postremis*, Anibal, entrando en el río con su gente formada en cuadro, hizo huir desde la ribera á los últimos, á quienes fué mas segura la vuelta á su ribera. <sup>4</sup> *Ex variâ*, juntándose en un lugar, despues de tanto desórden. <sup>5</sup> *Certamina*, lebian contiendas con los comarcanos. <sup>6</sup> *Quibus*, á quienes favoreciendo Anibal, el mismo que habia movido la desunion, va conociéndose que no se pletteaba sobre el derecho, sino que se intentaba hacer violencia. <sup>7</sup> *Res inspicendas*, para informarse del estado en que se hallaban los aliados. <sup>8</sup> *Abstineret*, que se abstuviese de molestar. <sup>9</sup> *Deferrent*, y que expusiesen las quejas de los aliados del pueblo romano. <sup>10</sup> *Hac legatione*, resuelta esta embajada, pero no puesta en ejecucion. <sup>11</sup> *Ex integro*, de nuevo se propuso la cosa al senado...

*Turd-tanis*, erro T. Livio, que debió decir *Bastetanis*, pueblos de

Murcia, pues los Turdetanos eran pueblos del reino de Sevilla.

provincias consulibus Hispaniam atque Africam decernentes<sup>1</sup>, terrâ marique rem gerendam censebant. Alii totum in Hispaniam Annibalæmque intendebant<sup>2</sup> bellum. Erant qui non temere movendam rem tantam, expectandosque ex Hispaniâ legatos censerent. Hæc sententia, quæ tutissima videbatur, vicit, legatique eò maturiùs missi P. Valerius Flaccus, et Q. Bæbius Tamphilus Saguntum ad Annibalem, atque inde Carthaginem, si non absisteretur bello, ad ducem<sup>3</sup> ipsum in pœnam fœderis rupti deprecandum. Dum ea Romani parant consultantque, jam Saguntum summâ vi oppugnabatur. Civitas ea longè opulentissima ultra Iberum fuit, sita passus mille ferme a mari. Oriundi a Zacyntho insulâ dicuntur, mixtique<sup>4</sup> etiam ab Ardeâ Rutulorum quidam generis: ceterum in tantas brevi creverant opes, seu maritimis, seu terrestribus fructibus<sup>5</sup>, seu multitudinis incremento, seu sanctitate<sup>6</sup> disciplinæ, quâ fidem socialem usque ad perniciem suam coluerunt. Annibal infesto exercitu ingressus<sup>7</sup> fines, pervastatis passim agris, urbem tripartitò<sup>8</sup> adgreditur. Angulus<sup>9</sup> muri erat in planiorum patentioremq; quàm cetera, circa vallem virgens: adversus eum vineas agere<sup>10</sup> instituit, per quas aries mœnibus admoveri posset. Sed ut<sup>11</sup> locus procul muro satis æquus agendis vineis fuit, ita haudquaquam prosperè, postquam ad effectum operis ventum est cœptis succedebat. Et turris ingens imminebat; et murus, ut in suspecto loco<sup>12</sup>, supra ceteræ

<sup>1</sup> *Decernentes*, juzgando que se debia encargar á los cónsules la guerra de Africa y España. <sup>2</sup> *Intendebant*, aplicaban toda la fuerza de la guerra contra, etc. <sup>3</sup> *Ad ducem*, para pedir les entregasen al mismo general para tomar satisfaccion de haber quebrantado la alianza. <sup>4</sup> *Mixtique*, y que algunos de Ardea del linaje de los Rútuolos se incorporaron con ellos. <sup>5</sup> *Fructibus*, por el comercio, ya de mar, ya de tierra. <sup>6</sup> *Sanctitate*, ó por sus buenas leyes y enseñanza, con la que guardaron hasta la muerte la lealtad de amigos. <sup>7</sup> *Ingressus*, habiendo acometido Anibal sus términos. <sup>8</sup> *Tripartitò*, por tres partes, ó dividido en tres trozos el ejército. <sup>9</sup> *Angulus*, el muro formaba ángulo por aquella parte, que era mas llana y descubierta que las inmediatas, y caía á un valle. <sup>10</sup> *Agere vineas*, á arrimar manteletes, á cubierto de los cuales pudiese batir los muros con el ariete. <sup>11</sup> *Sed ut*, pero así como aquel lugar distante de la muralla era bastante acomodado para levantar los manteletes, así cuando se llevó la obra á efecto no correspondia el suceso á la empresa. <sup>12</sup> *Loco suspecto*, lugar poco seguro...

modum altitudinis munitus erat; et juvenus delecta, ubi plurimum periculi ac laboris ostendebatur, ibi vi majori obsidebat. Ac primò missilibus<sup>4</sup> summovere hostem; nec quidquam satis tutum munientibus pati<sup>2</sup>. Deinde jam non pro<sup>3</sup> mœnibus modò atque turri tela micare<sup>4</sup>, sed ad erumpendum etiam in stationes<sup>5</sup> operaque hostium animus erat, quibus<sup>6</sup> tumultuariis certaminibus haud ferme plures Saguntini cadebant quàm Pœni. Ut verò Annibal<sup>7</sup> ipse, dum murum incautiùs subit, adversum femur tragulâ<sup>8</sup> graviter ictus cecidit, tanta circâ fuga<sup>9</sup> atque trepidatio fuit, ut non multum abesset quin opera ac vineæ desererentur. Obsidio<sup>10</sup> deinde per paucos dies magis quàm oppugnatio fuit, dum vulnus ducis curaretur; per quod tempus ut quies certaminum erat, ita ab<sup>11</sup> apparatus operum ac munitionum nihil cessatum. Itaque acriùs de integro obortum est bellum; pluribusque partibus, vix accipientibus<sup>12</sup> quibusdam opera locis, vineæ ceptæ agi, admoverique aries. Abundabat multitudine hominum Pœnus; ad centum enim et quinquaginta millia habuisse in armis creditur. Oppidani<sup>13</sup> ad omnia tuenda atque obeunda multimodâ arte distineri cœpti sunt, et non sufficiebant; jam enim feriebantur arietibus muri; quassatæ quoque multæ partes erant; una<sup>14</sup> continentibus ruinis nudaverat urbem. Tres deinceps turres quantumque<sup>15</sup> inter eas muri erat, cum fragore ingenti prociderant:

<sup>1</sup> *Missilibus*, armas arrojadas. <sup>2</sup> *Nec pati quidquam satis tutum munientibus*, ni dejaban lugar seguro à los enemigos para que se fortificasen. <sup>3</sup> *Pro*, en defensa. <sup>4</sup> *Micare*, arrojaban dardos. <sup>5</sup> *Stationes*, centinelas de los enemigos. <sup>6</sup> *Quibus*, en los cuales choques repentinos comunmente morian ménos Saguntinos que Cartagineses. <sup>7</sup> *Ut verò Annibal*, mas como Anibal, arrimándose inadvertidamente al muro, recibiese una grave herida en la parte anterior del muslo de un tiro de ballesta, y cayese en tierra. <sup>8</sup> *Tragulâ* (*a trahendo*), arma arrojada de mano ó ballesta. <sup>9</sup> *Tanta circâ fuga*, los que le cercaban huyeron tan azorados, que no faltó mucho. <sup>10</sup> *Obsidio*, se mantuvo el cerco de la ciudad en los dias siguientes, pero sin combatirla. <sup>11</sup> *Ita ab*, así no se cesó en el aparato de maniobras y fortificaciones. <sup>12</sup> *Vix accipientibus*, consintiendo apénas algunos lugares la continuacion de las fortificaciones. <sup>13</sup> *Oppidani*, los de la ciudad comenzaron à echar mano de todo género de defensa para conservar y atender à todos los puntos. <sup>14</sup> *Una*, desmoronándose de continuo una parte, dejó indefensa la ciudad. <sup>15</sup> *Quantumque*, y todo el lienzo de la muralla que habia entre ellas.

captum oppidum eâ ruinâ<sup>4</sup> crediderant Pœni; quâ, velut<sup>2</sup> si pariter utrosque murus texisset, ita utrinque in pugnam procursum est. Nihil<sup>3</sup> tumultuariæ pugnæ simile erat, quales in oppugnationibus urbium, per occasionem partis alterius, conseri solent: sed justæ acies<sup>4</sup>, velut patenti campo, inter ruinas muri tectaque urbis modico distantia intervallo constiterant. Hinc<sup>5</sup> spes, hinc desperatio animos irritat: Pœno cepisse jam se urbem, si paululum adnitatur<sup>6</sup>, credente Saguntinis pro nudatâ mœnibus patriâ corpora opponentibus; nec ullo pedem referente, ne relictum a se locum hostem immitteret. Itaque, quò<sup>7</sup> acriùs et confertim magis utrinque pugnabatur, eò plures vulnerabantur, nullo inter arma corporaque vano intercidente telo. Falarica<sup>8</sup> erat Saguntinis, missile telum, hastili oblongo, et ceterâ terti, præterquam ad extremum, unde ferrum exstabat. Id<sup>9</sup>, sicut in pilo, quadratum stuppâ circumligabant, lineabantque pice; ferrum autem tres in longum habebat pedes, ut cum<sup>10</sup> armis transfigere corpus posset. Sed id maximè<sup>11</sup>, etiam si hæsisset in scuto nec penetrasset in corpus, pavorem faciebat, quòd, cum medium accensum mitteretur, conceptumque ipso motu multò majorem ignem ferret, arma omitti cogebat, nudumque militem ad insequentes ictus præbebat. Cum ergo diu anceps<sup>12</sup> fuisset certamen, et Saguntinis, quia præter spem resisterent,

<sup>1</sup> *Eâ ruina*, por aquel portillo habian creido los Cartagineses apoderarse de la ciudad. <sup>2</sup> *Velut*, como si à ambos ejércitos hubiese defendido aquel muro. <sup>3</sup> *Nihil*, no habia ninguna confusion en pelear, como, etc. <sup>4</sup> *Sed justæ acies... constiterant*, sino que los dos ejércitos ordenados se presentaron en batalla como si fuera en campo raso. <sup>5</sup> *Hinc*, à unos les aviva la esperanza y à otros la desesperacion. <sup>6</sup> *Adnitatur*, y que al menor esfuerzo. <sup>7</sup> *Quòd*, con cuanto mayor ardor y mas juntos peleaban. <sup>8</sup> *Falarica*, usaban los Saguntinos una arma arrojada llamada *falarica*, de hastil largo y torneado, ménos al fin donde tenia la cuchilla. <sup>9</sup> *Id*, rodeaban con estopa y untaban con pez la parte de esta, por donde era cuadrada como la lanza. <sup>10</sup> *Ut cum*, para que pudiese atravesar de parte à parte un cuerpo armado. <sup>11</sup> *Sed id maximè... faciebat pavorem, quòd*, pero aun cuando se quedase clavada en el escudo y no hiriese el cuerpo, infundia miedo el que, yendo encendida en medio, y aumentándose la llama con el movimiento, obligaba à dejarlas armas y dejaba indefenso al soldado para los demas tiros. <sup>12</sup> *Anceps*, habiendo sido por mucho tiempo dudosa la batalla.

crevisset animi, Pœnus<sup>1</sup>, quia non vicisset, pr. victo esset clamorem repentè oppidani tollunt, hostemque in ruinas muri expellunt<sup>2</sup>. Inde impeditum trepidantemque exturbant postremò fusum fugatumque in castra redigunt.

III. Interim ab Româ legatos venisse nuntiatum est, quibus obviam<sup>3</sup> ad mare missi ab Annibale, qui dicerent, nec tutò eos adituros inter tot tam efferatarum gentium arma, nec<sup>4</sup> Annibali in tanto discrimine rerum operæ esse legationes audire. Apparebat, non admissos protinus Carthaginensium, Litteras igitur nuntiosque ad principes factionis Barchinæ præmittit, ut præpararent suorum animos, ne quid pars altera gratificari<sup>5</sup> pro Romanis posset. Itaque<sup>6</sup>, præterquam quòd admissi auditique sunt, ea quoque vana atque irrita legatio fuit. Hanno unus adverso senatu causam fœderis<sup>7</sup>, magno silentio propter auctoritatem suam, non assensum<sup>8</sup> audientium, egit. « Per deos fœderum arbitros ac testes monuisse, prædixisse se, ne Amilcaris progeniem ad exercitum mitterent; non manes<sup>9</sup>, non stirpem ejus conquiescere viri: nec unquam, donec sanguinis nominisque Barchini quisquam supersit, quietura<sup>10</sup> Romana fœdera. Juvenem<sup>11</sup> flagrantem cupidine regni, viamque<sup>12</sup> unam ad id cernentem, si, ex bellis bella serendo, succinctus armis legionibusque vivat, velut materiam igni præbentes, ad exercitum misistis. Aluistis<sup>13</sup> ergo hoc in-

<sup>1</sup>Pœnus, y teniéndose Aníbal por vencido, solo por no haber salido vencedor. <sup>2</sup>Expellunt, los meten entre los escombros de la muralla.

III. <sup>3</sup>Obviam, á los cuales fueron enviados algunos por Aníbal para que les saliesen al encuentro al desembarcar, y les dijese que ni irían seguros, etc. <sup>4</sup>Nec, ni que Aníbal, entre tanto embarazo de cosas, tenía tiempo de escuchar embajadas. <sup>5</sup>Gratificari (id est, facere aliquid gratiâ Romanorum), para que el bando contrario no favoreciese á los Romanos. <sup>6</sup>Itaque, por donde esta embajada fué vana é inútil, á excepcion de haber sido oída y admitida. <sup>7</sup>Causam fœderis... egit, solo Hanno, oponiéndose el senado, defendió la causa de la alianza. <sup>8</sup>Assensum (reptase propter), no porque lo aprobaban los que le oían. <sup>9</sup>Non manes, que ni Amilcar, ya difunto, ni su raza estaban quietos. <sup>10</sup>Quietura, podrían permanecer las alianzas con los Romanos. <sup>11</sup>Juvenem, á este jóven, que ardía en deseos de reinar. <sup>12</sup>Viamque, y que el único camino que hallaba para llegar á ello era el andar siempre rodeado de armas y ejércitos, fomentando unas guerras con otras. <sup>13</sup>Aluistis, vosotros pues echasteis la leña al fuego que os abrasa...

zendium quo nunc ardetis. Saguntum vestri circumsident exercitus unde arcentur fœdere: mox Carthaginem circumsidentur romanæ legiones, ducibus<sup>1</sup> iisdem diis, per quos priore bello rupta fœdera sunt uli. Utrùm hostem, an vos, an fortunam utriusque populi ignoratis? Legatos ab sociis et pro sociis venientes bonus<sup>2</sup> imperator vester in castra non admisit, jus gentium sustulit<sup>3</sup>; hi tamen, unde ne<sup>4</sup> hostium quidem legati arcentur, pulsati ad vos veniunt; res ex<sup>5</sup> fœdere repetunt! publica fraus absit; auctorem culpæ et reum criminis deposcent. Quò<sup>6</sup> leniùs agunt, segniùs incipiunt, eò, cum cœperint, vereor ne perseverantiùs sæviant. Ægates insulas Erycemque<sup>7</sup> ante oculos proponite, quæ terrâ marique per quatuor et viginti annos passis sitis. Nec puer hic duxerat, sed pater ipse Amilcar, Mars<sup>8</sup> alter, ut isti volunt. Sed tunc<sup>9</sup> Tarento et Italiâ non abstinueramus ex fœdere, sicut nunc Sagunto non abstinemus. Vicerunt ergo dii hominesque; et id, de quo verbis ambigebatur, uter populus fœdus rupisset, eventus belli, velut æquus iudex, unde jus stabat, ei victoriam dedit<sup>10</sup>. Carthagini nunc Annibal vineas turresque admovet, Carthaginis mœnia quatit ariete. Sagunti ruinæ (falsus utinam<sup>11</sup> vates sim!) nostris capitibus incident; susceptumque<sup>12</sup> cum Saguntinis bellum, habendum cum Romanis est. Dedemus<sup>13</sup> ergo Annibalem? dicet aliquis. Scio meam levem esse in eo<sup>14</sup> auctoritatem propter paternas inimicitias; sed et Amilcarem eò periisse lætatus sum, quod, si ille viveret, bellum jam

<sup>1</sup>Ducibus, conduciéndolas los mismos dioses, etc. <sup>2</sup>Bonus, (ironia). <sup>3</sup>Sustulit, quebrantó el derecho de gentes. <sup>4</sup>Unde ne, de donde no son desechados los embajadores, ni aun de los enemigos. <sup>5</sup>Res ex, piden lo que se les debe por la alianza, y que no se quebrante la fe pública. <sup>6</sup>Quò, cuanto mayor es la mansedumbre y lentitud con que proceden en los principios, temo que sea tanto mayor su vigor en declarándose enemigos. <sup>7</sup>Erycemque, (monte de San Julian en Sicilia). <sup>8</sup>Mars, otro segundo Marte. <sup>9</sup>Sed tunc, pues entonces acometimos á Tarento y á l. Italia contra la alianza. <sup>10</sup>Dedit victoriam ei unde jus stabat, el suceso de la guerra como juez recto, dió la victoria á quien tenía la justicia. <sup>11</sup>Utinam, ojalá salga falso mi pronóstico. <sup>12</sup>Susceptumque, la guerra emprendida contra los Saguntinos, esa misma haremos á los Romanos. <sup>13</sup>Dedemus, pues, dirá alguno, ¿entregaremos á Aníbal? (Prolépsis.) <sup>14</sup>In eo, que para esta determinacion sirve de poco mi voto por la enemistad que con su padre tuve...

cum Romanis haberemus: et hunc juvenem, tanquam furiam<sup>1</sup> facemque hujus belli, odi ac detestor<sup>2</sup>. Nec<sup>3</sup> dedendum solum ad piaculum rupti fœderis; sed, si nemo deposcat devehendum in ultimis maris terrarumque oras, ablegandumque eò, unde nec ad nos nomen fama que ejus accedere, nec sollicitare<sup>4</sup> quietæ civitatis statum possit. Ego autem<sup>5</sup> ita censeo, legatos extemplo Romam mittendos qui senatui satisfaciant; alios qui Annibali nuntient ut exercitum ab Sagunto abducat, ipsumque Annibalem ex fœdere Romanis dedant: tertiam legationem ad res Saguntinis reddendas decerno. » Cùm Hanno<sup>6</sup> perorasset, nemini omnium certare oratione cum eo necesse fuit: adeò propè omnis senatus Annibalis erat, infestiusque locutum arguebant Hannonem, quàm Flaccum Valerium legatum romanum. Responsum indè legatis romanis est, bellum ortum ab Saguntinis, non ab Annibale esse: populum romanum injustè facere, si Saguntinos vetustissimæ Carthaginiensium societati præponat.

IV. Dum Romani tempus terunt<sup>7</sup> legationibus mittendis, Annibal, quia fessum militem præliis operibusque habebat, paucorum iis dierum quietem dedit, stationibus<sup>8</sup> ad custodiam vinearum aliorumque operum dispositis. Interim<sup>9</sup> animo eorum nunc irâ in hostes stimulando, nunc spe præmiorum accendit. Ut verò pro concione<sup>10</sup> prædam captæ urbis edixit militum fore, adeò accensi omnes sunt, ut, si extemplo signum datum esset, nullâ vi resisti videretur posse. Saguntini, ut a præliis quietem habuerant, nec lacessentes, nec lacessiti per aliquot dies, ita non nocte, non die unquam cessaverant ab opere, ut novum murum ab eâ parte, quâ patefactum oppidum

<sup>1</sup> *Furiam*, como de una furia infernal y atizador de esta guerra. <sup>2</sup> *Detestor*, abomino de. <sup>3</sup> *Nec*, ni solamente creo le debemos entregar à los Romanes para que expie la violacion de la alianza. <sup>4</sup> *Sollicitare*, alterar el reposo de que la ciudad goza. <sup>5</sup> *Ego autem*, mi parecer es que, etc. <sup>6</sup> *Cùm Hanno*, luego que habló Hanon, no fué necesario que ninguno perorase contra él: tan favorable à Aníbal estaba casi todo el senado.

IV. <sup>7</sup> *Terunt*, gastan el tiempo en embajadas. <sup>8</sup> *Stationibus*, habiendo puesto centinelas para guardar los manteletes y otras máquinas. <sup>9</sup> *Interim*, entretanto acalorasus ánimos, ya irritándolos contra los enemigos, etc. <sup>10</sup> *Pro concione*, en la junta de los soldados...

ruinis erat, reficerent<sup>1</sup>. Inde<sup>2</sup> oppugnatio eos aliquantò atrocior quàm antè adorta est; nec quâ primùm aut potissimùm parte ferrent opem, cùm omnia variis clamoribus streperent, satis scire poterant. Ipse Annibal, quâ turris<sup>3</sup> mobilis, omnia munimenta urbis superans altitudine, agebatur, hortator aderat; quæ cùm admota, catapultis ballistisque per omnia tabulata<sup>4</sup> dispositis, muros defensoribus nudasset, tum Annibal occasionem ratus, quingentos ferme Afros cum dolabris ad subruendum ab imo murum mittit. Nec erat difficile opus, quòd<sup>5</sup> cæmenta non calce durata erant, sed interlita luto, structuræ antiquæ genere. Itaque<sup>6</sup>, antequam cæderetur, ruebat, perque patentia<sup>7</sup> ruinis agmina armatorum in urbem vadebant. Locum quoque editum capiunt, collatisque eò catapultis ballistisque, ut castellum in ipsâ urbe velut arcem imminemtem haberent, muro circumdant. Et Saguntini murum interiorem ab nondum captâ urbis parte ducunt<sup>8</sup>. Utrinque summâ vi et muniunt et pugnant; sed interiora tuendo, minorem<sup>9</sup> in dies urbem Saguntini faciunt; simul crescit inopia omnium longâ obsidione, et minuitur expectatio externæ opis, cùm tam procul Romani, unica spes, circâ<sup>10</sup> omnia hostium, essent. Paulisper tamen affectos<sup>11</sup> animos recreavit repentina profectio Annibalis in Oretanos Carpetanosque; qui

<sup>1</sup> *Ut... reficerent*, para hacer de nuevo el muro por aquella parte por donde la ciudad quedó aportillada. <sup>2</sup> *Inde*, después los apretaron con un bloqueo mas recio que antes. <sup>3</sup> *Quâ turris*, por donde se levantaba una torre portátil que dominase à todos los muros. (Era de madera con ruedas para moverla.) <sup>4</sup> *Tabulata*, pisos ó suelos de la torre. <sup>5</sup> *Quòd*, porque la fábrica ó mamposteria no estaba trabada con cal, sino con lodo, como fabricaban los antiguos. <sup>6</sup> *Itaque*, por lo que antes se desmoronaban por sí mismos que fuesen derribados con los picos. <sup>7</sup> *Patentia*, boquerones. <sup>8</sup> *Ducunt*, tiran un muro por dentro. <sup>9</sup> *Minorem*, reducen à ménos, aminoran de dia en dia. <sup>10</sup> *Circâ*, y todos los contornos eran de los enemigos. <sup>11</sup> *Affectos*, cansados...

*Catapultis ballistisque*, catapultas y ballestes. Máquinas, la primera para tirar dardos y lanzas, en griego πέλτη la segunda para arrojar piedras, de la palabra βάλλειναι

*mittere*.

*Dolabris*, azuelas: aqui significa picos, barras.

*Oretanos*, antiguamente Oreto, hoy campo de Calatrava.